Paratum cor meum paratum cor meum cantabo
et psallam in gloria mea Exurge psal
terium et cythara exurgam diluculo Con
fitebor tibi in populis domine et psallam tibi in gentibus
Quia magna super celos misericordia tua et usque ad nu
bes veritas tua Exaltare super celos deus et super
omnem terram gloria tua ut liberentur dilecti tui
Salvum fac dextera tua et exaudi me deus locutus est
in sancto suo Exultabo et dividam sichimam
et convallem tabernaculorum dimetiar Meus est ga
laad et meus est manasses et effraym susceptio
capitis mei Iuda rex meus moab lebes spei
mee In ydumeam extendam calciamentum me
um mihi alienigene amici facti sunt Quis de
ducet me in civitatem munitam quis deducet
me usque in ydumeam Nonne tu deus qui repuli
sti nos et non exibis deus in virtutibus nostris Da no
bis auxilium de tribulatione quia vana salus ho
minis In deo faciemus virtutem et
ipse ad nichilum deducet inimicos no
stros Gloria patri.

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1265, fol. [6]r – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ps5l/7275/58774)